



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 6. S. Chrysostomus Ephesi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

Judicum patientiam lassaret, quia tunc mediæ ætatis fervor intolerabilis corpora urebat, promisit, se testes intra quadraginta dies producturum, aut subituum pœnas Canonicas. Sed ecce tibi, cum eos accersere debuisset, causam destituit, & Constantinopolim fugiens, in amplissimæ urbis latebris se occultavit. Expectarunt iudices quadraginta dies, & Eusebio non comparente, Litteras ad omnes Asiæ Episcopos dederunt, quibus eum excommunicatum declarabant, vel tanquam contumacem, vel tanquam Calumniatorem. Cum per integrum adhuc mensem moras traxissent, Constantinopolim reversi, in eum inciderunt, & malam fidem exprobrarunt. Ille morbum finxit, promisitque alio tempore testes prodituros.

§. VI.

S. Chrysostomus Ephesi.

Interim Antoninus e vivis abiit, & Clerici Ecclesiæ Ephesinæ, atque alii Episcopi vicini, dato ad S. Chrysostomum communi Decreto, extremis precibus poscebant, ut veniret, & illam Ecclesiam, jam a multo tempore partim ab Arianis, partim a malis Catholicis vexatam, reformaret, eorumque cupiditatem, qui Vacantem Sedem oblatis pecuniis ambiabant, coerceret. S. Chrysostomus, videns,

Sæculum V.
A. C. 401.

p. 133. no 2

Sæculum V. dens, de re maximi momenti agi, ut sci-
 A. C. 401. licet Disciplina in tota Diœcesi Asiæ Pa-
 storum socordia, & ignorantia collapsa
 restitueretur, adduci se passus est, ut non
 obstante valetudinis infirmitate, & hye-
 mis rigore longum iter susciperet. Ec-
 clesiæ Constantinopolitanæ curam com-
 misit Severiano Episcopo Gabalensi in
 Syria, qui illuc, ut verbum Dei populo
 prædicaret, advenerat; hujus Fidem
 S. Chrysostronus habebat perspectam.
 Itineris vero socios tres Episcopos Pau-
 lum, Sirianum, & Palladium adscivit.

Socr. VI.

c. II.

Soz. VIII.

c. IO.

Pall. p. 135.

Socr. VI.

c. II.

Soz. VIII.

c. 6.

Ubi Ephesum pervenerunt, Episcopi
 Lydiae, Asiæ, Phrygiæ, & Cariæ, septua-
 ginta numero congregati sunt, quos S.
 Joannis Chrysostroni fama, & audiendi
 viri desiderium, præsertim Phryges, at-
 traxerat. In hoc Concilio ordinatus est
 Episcopus Ephesi Heraclides in Cypro
 natus S. Chrysostroni Diaconus, qui in
 Sæti Monachus, & Monachi Evagrii Di-
 scipulus fuerat. Eusebius Valentinopo-
 litanus ultro ad Concilii Tribunal venit,
 petens, ut ad Communionem recipere-
 tur. Erant, qui refragarentur, quod di-
 cerent, esse calumniæ reum. Ipse dixit:
*Jam ab annis duobus hæc causa trahitur,
 testes in mora fuere, concedite, ut illos
 bodie vobis sistam. Quamvis enim An-
 toninus vita functus sit, tamen illi, qui i-
 psi Ordinationis causa pecunias dederunt,
 vivunt.*

vivunt. Visum est Concilio, rem ad ex-
 xamen vocare. Leguntur Acta Judicii
 antea incepti, intrant testes, & ex illis
 sex, qui datis pecuniis ordinati fuerant.
 Ingressi, primo quidem factum nega-
 runt; sed testes affirmando persevera-
 bant, & etiam Presbyteri, quos causæ suæ
 Patronos rei habituros se sperasse vide-
 bantur. Inter testes Laici quoque, imo
 & mulieres conspiciabantur. Quantum
 pecuniæ datum fuisset, locum, tempus
 speciatim edicebant. Tandem rei, ur-
 gente conscientia, non ægre factum con-
 fessi sunt. *Verum est, inquebant, de-
 didimus, sed id secundum legem fieri credi-
 didimus, ut ab oneribus Curialibus libera-
 remur. Jam vero rogamus, ut nos Ec-
 clesiæ servire permittatis, si fieri possit,
 sin minus, efficite, ut nobis restituatur
 aurum nostrum; sunt enim ex nobis, qui
 uxorum suarum cultum tradiderunt.*
 S. Chrysostomus ad Concilium dixit:
*Spero, me ab Imperatore impetraturum,
 ut a Curialibus liberentur. Vos jubete,
 ut hæredes Antonini, quod dederunt, eis
 restituant.* Decrevit Concilium, ut ac-
 cepta restituerentur; hos autem sex E-
 piscopos Simoniacos deposuit, idque so-
 lum concessit, ut in Sanctuario commu-
 nicarent. Huic Sententiæ acquie-
 runt Depositi. In eorum Sedes alii E-
 piscopi, de quorum bonis moribus, &
Hist. Eccles. Tom. V. **Q** suffi-

Sæculum V.
 A. C. 401.

Pall. p. 136.

p. 137.

Sæculum V. sufficiente Doctrina constabat, & qui sem-
A. C. 401. per continentes vixerant, suffecti. (*)

In illa Profectione S. Joannes Chryso-
stomus aliquas Ecclesias Novatianis, &
Quartodecimanis eripuit.

§. VII.

Geroncii Nicomediensis Depositio.

Sanctus Joannes etiam Geroncium
Sede

(*) Dieses ist ein Beyspiel, daß Bischöffe in
einem Provincialconcilio entsetzet worden. Dem
heil. Joannes Chrysoctomus wird wohl niemand
zumuthen, daß er widerrechtlich gehandelt habe.
Der Anonymus II. in seinen Beobachtungen über
die Kirchenhistorie des Herrn Fleury N. II. be-
schuldiget ihn mit seiner gewöhnlichen Ungelassen-
heit, er spreche den Päbsten das Recht ab, Bischöffe
ein, und abzusetzen; das ist dem Herrn Fleury
niemal zu Sinn gekommen, sondern er saget, daß
in den ersten Jahrhunderten das Recht Bischöffe
zu entsetzen nicht die Päbste allein, sondern auch
die Concilia Provincialia ausgeübet haben; daß
aber die Päbste auch zur selben Zeit Bischöffe der
vornehmsten Sitze entsetzet, erzählt niemand aufr-
richtiger als Fleury selbst. Der Anonymus II.
klaget auch hier wiederum über Widerspruch des
Fleury, allein diese wären verschwunden, dafern
er ihn mit einem unpartheyischen Gemüth gelesen
hätte. In dem folgenden Abschnitt hat der heil.
Chrysoctomus auch Geroncium, Bischof zu Ni-
comedia, abgesezet.